



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium**

**Brusch, Kaspar**

**Nürnberg, 1682**

Castelium sive Castellum, Castell/ ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38166**

*Guido Ritznerus* sub synodo Constantiensi præfuisse legitur anno Christi 1416.

*Theodanus Reiserus*, à Missdorff, qui veterem coenobii coronam fecisse legitur.

*Irminhardus Lattnerus*, à Wald.

*Aigilolphus Trappius*, Buticamensis.

*Giselfridus Heertericus*, à Suddfeld.

*Wernherus* mortuus inventus in arce Kalbs-augusta, in qua maximi postea à malis spiritibus tumultus auditi sunt.

*Otho primus vel Tatto*, Hagenoensis.

*Almonius Romanus vel Raumerus*, à Daborz Weyler, exauthoratur.

*Egilbertus Ablasser*, à Richfus.

Luzel-  
burg.

*Flantogerus Ebnerus*, ab Hochholtz, exauthoratur. Sub eo Luzelburgum, pulcherrimum & vicinum coenobio castrum, vastatum est, ad quod ibatur per insignem ac miraculosum pontem ab arce Hillermontana.

*Enselbrechtus*, ab Heidburg.

*Caromannus Humpisus* à Ragusio, sub quo Campimontanum castrum vastatum est, quod prope Buchbergum situm erat.

*Helmsosus Hagendornius*, ab Inferiore valle.

*Radegerus vel Rannigerus Feldeck*, à Rogefurto.

*Sigilbertus Feylberger*, à Rinnenfluch.

Per hos vel exauthoratos vel alioqui cito decedentes Abbates plurimum decessit Abbatia, quæ sub illis ipsis amisit pagum etiam Grunenfurtensem (hodie Memmingam civitatem vocant) & inferius Sundhofenium, insignem etiam villam.

Comita-  
tus Heb-  
burgenfis.

**CASTELIUM** sive Castellum, **Castell**/triplex olim castrum, ab omni parte densissimis nemoribus cinctum, & à quodam Ernesto Duce (cujus infra posteritas recensetur) conditum, in Castellano monte, vulgo Castellberg, à tribus castellis dicto, in quibus hodie adhuc visuntur tres fontes & trium sacellorum fragmenta & rudera: nunc vero præclarum ac magnificum, olim equidem etiam opulentissimum (habuit enim Comitatum Hebur-

burgensem, qui nunc capituli Aistetenfis est) monasterium, ordinis D. Benedicti in Palatinatu superiore, ad Lautherū amnem situm, in honorem Dei ac S. Petri fundatum esse legitur anno Domini 1098. sub Henrico IV. Rom. Imp. & Pontific. Max. Paschali II. initio à Friderico Comite de Castelberg, qui obiit anno Domini 1103. & Bertha ejus uxore: & ab Othone, Comite de Hirsberg vel Heberg, Friderici Comitis filio, qui obiit anno Domini 1105. & à Berengario, Comite de Sulczbach, qui obiit anno 1126. ejusq; conjuge, nobilissima fœmina, Adelheide de Wolfratshausen.

Itē Berengarius fundator legitur habuisse ex hac ipsa Adelheide filium unum, Gebhardum, præpotentem Comitem de Floß, qui obiit anno 1177. sepultusq; est apud Castellenses cum uxore Mechtilde: quatuor vero filias, præstanti forma ac corpore præditas, Gertrudin primam, Eboraci sepultam, quam duxit uxorem anno Domini 1138. Conradus Suevus, Imp. Rom. secundam Bertham, quam matrimonii legibus sibi conjunxit anno Christi 1142. Emanuel, Imperator Constantinopolitanus, missam sibi à Conrado occidentali & Rom. Imperatore: tertiam Adelheidin, quæ nupsit Græco cuidam Marchioni de Kroy: quarta, Christum sponsum eligens, Abbatissa Pataviensis facta est.

Habuit hoc cœnobium anno Dni 1320. Abbatem quendam Sibothonem, qui resignavit Abbatiam 14. Kalend. Aprilis ari 1322. Ei successit 10. Kalend. ejusdem mensis Abbas Hermannus, sub quo eodem anno Ludovicus Bavarus, duce Sifrido Schwoppermanno Fridericum Aultriacum, imperii competitorē, ingenti prælio prope Gundersdorfum, vicit ac cepit in ipsa D. Michaelis vigilia. Is Imperator Ludovicus sub hoc ipso Abbate festum Epiphaniæ Domini victor in Castellensi cœnobio celebravit, & eodem die ex villa Brunn, quæ proxime adjacet monasterio, oppidulum sive Marcam fecit, multisq; libertatibus eum monasterii locum sancivit ac investivit. Habuit & Abbatem Leonhardum, qui obiit anno 1490. cui successit Conradus quidam; de aliis enim Abbatibus hujus cœnobii nihil hætenus adipisci potui. Ernesti Ducis vero, supra nominati, talem invenio progeniem

Berengarius, Comes de Sulczbach, duobus imperatoribus dat filias suas uxores.

Ludovicus Bavarus, vicit Fridericum Aultriacum. Brunn Marca.

Q

Castellensium  
Chronologia  
Monasterio  
S. M

niem & genealogiam ex variorum monasteriorum annalibus congestam, in qua variarum veterum ac maxime illustrium familiarum (quarum posteritas omnis prorsus deleta est) & pia fientio & sempiterna conservatur memoria.

*Ernestus* è Selandia diluvio quasiata profugus, & in Noricum, anno Domini 975. cum filiis suis adveniens, condidit ibi primum in densissimo nemore ad fontem *Laudherum*, pagum *Brunn*: postea venationi ibi dans operam, invenit Castellanum montem, ubi primum in honore duodecim Christi Apostolorum fanum, postea vero sibi ac posteritati suæ arcem etiam construxit, quam Castellum vel Castiliensem arcem appellabat cum conditor, tum rudis illa, quæ circa eas silvas habitabat, vicinia.

Habuit is liberos

*Sultz-  
bach à  
quo con-  
ditur.*

*Gebhardum*, primum conditorem *Sulzenbacensis* oppidi & castri, quod hodie *Sulzbach* vocant: trucidatum ab *Hirfuto* Comite, sed statim ultum. Is *Gebhardus* ex *Irmengarde* uxore excepit

*Fridericum*. Is ducta uxore Germana, excepit ex ea

*Hermannum* filium, qui ducta uxore *Haziga* genuit

*Reiczam* filiam, quæ postea nupta peperit

*Utbam*, *Engelberto*, *Charinthiæ* duci, de sponsa- tam.

*Berengarium* Comitem, illustratorem quæ *Marberto*, *Sulzenbacensem*, qui se publice etiam *Comitem* *Sulzenbacensem* scripsit, & cœnobiorum *Boumburgensis* ac *Bertensgadenensis* fundator fuisse legitur. Hic *Berengarius* ex *Adelheide*, *Comitissa* de *Wolf-  
fratshausen*, excepit

*Luitgardin*, Marchioni cuiusdam *Hoheburchensi* nupuisse legitur.

*Fridericum* secundum, qui post mortem *Berthæ* conjugis suæ, factus est monachus, & est unus ex fundatoribus *Castellensibus*. Excepit ille ex *Bertha* uxore *Comitissa* vel *Habsburgensi*, vel *Hirsbergensi* unicuique filium

*Loicardin*. Hæc *Marchioni* *Voburgensi* *Theobaldo* nubens, filium *Theobaldum* genuit, qui ad preces *Loicardis* matris suæ fundavit monasterium, *Waldassum* ad *Wonderam* prope *Egram*. *Reichenbachium* ad *Regimannem*. Monachorum monasterium in *Danubio*

*Gertrudis*, im-  
peratri-  
ce Ro-  
manā,  
Contra-  
di Sue-  
vi con-  
jugem.  
Bertham,  
postea à  
pacis Ite-  
nem di-  
ctam, Im-  
peratri-  
cem Con-  
stantino-  
politana,  
Manue-  
lis conju-  
gem.  
Adelhei-  
din, de-  
sponsa-  
tam Gra-  
eco cui-  
dam Mar-  
chionide  
Krey.  
N. Ab-  
batil-  
sam Pa-  
travi-  
ensem.  
Gebhardum,  
filium, Co-  
mitem de  
Sulzbach,  
& floes-  
is  
Gebhardus  
secundus,  
qui obiit  
anno Do-  
mini 1177.  
ducta ux-  
ore Mechtil-  
di, Gwel-  
phonis filia,  
excepit ex  
ca  
Oibonem, se-  
cundum fun-  
datorem Ca-  
stiliensem.  
Haziga supra  
dicta mor-  
tuo marito  
primo, Her-  
mano Wern-  
hero, cuidam  
desponsatam,  
sed paulo post  
ab eo iterum  
separatam.  
Scheirensi  
Comiti nu-  
psit, qui plu-  
rima etiam  
contulit ad  
hujus cœno-  
bii amplia-  
tionem.

*Mechtil-  
dis* fillā,  
Clivenfi  
cuidam  
Duci de-  
sponsa-  
tam.  
Cordulam,  
quæ nu-  
psit Or-  
tembur-  
genfi cui-  
dam Co-  
miti. Hæc  
enixa est  
ipia Comiti cui-  
dam de Aben-  
sperg.  
Sophiam filiam,  
quæ nupsit Co-  
miti Henrico  
de Kreglingen,  
qui cum rebus  
humanis exem-  
tus esset, nupsit  
ipia Comiti cui-  
dam de Aben-  
sperg.  
Gebhardum,  
Comitem  
Sulzbacen-  
sem. Is du-  
cta uxore,  
Comitissa  
Hirsbergen-  
si, multos  
ex ea libe-  
ros excepit,  
quorum no-  
mina inter-  
cidere.  
Berengariam, qui  
juvenis profectus  
in Italiam cum  
Welphone & Fri-  
derico Rotenbur-  
gio, Conradi Sue-  
vi Rom. regis ex-  
Gertrude Sulz-  
bacensi Comitissa,  
filio, unā cum hoc  
ipso Comite suo  
veneno e medio  
sublatus est. Bea-  
trice, impia impe-  
ratrice, fortē Bar-  
barossa conjugē  
secunda.  
Herdovi-  
cum, Epi-  
scopum  
Aisteten-  
sem per  
annos 28  
quem  
aliqui  
falso ap-  
pellant  
Comitem  
Hirsber-  
gensē.  
Obiit an-  
no 1224.

Henricum, Comitem  
Ortenburgensem.  
Annam, Baroni cuidam de Truhē-  
dingen desponsatam.

Habet

*Handwritten notes on the right margin:*  
Sulzbach  
Chronologia  
Comitibus  
S. M

CESTA

Habet hoc monasterium multorum Comitum ac Baronum  
 insignes sepulturas, fundatorum videlicet Comitum à Castel,  
 Sulczbach & Floß; postea Ducum etiam Meroniæ, qui Ammer-  
 tali olim habitarunt. Sepulta est in eo Domina Luitgardis, Be-  
 rengarii fundatoris foror, Marchionissa de Hohenburg & Vo-  
 burg, cum filia, quæ plurimum benefecit huic cœnobio: item  
 Domina Irmengardis, Berengarii fundatoris mater: & Anna,  
 Ludovici Bavari Rom. Imperatoris, filiola, tres tantum annos  
 nata, quæ cubat in medio templi ante aram mediam. Et inter  
 multos Equites auratos ac strenuos heroes, Equëstris ordinis vi-  
 ros, egregiis tumulis honoratos, terræ ejusdem cœnobii ante  
 sacellum D. Virginis, mandatus est etiam *Sifridus Schwepperman-*  
*nus*, Imperatoris Ludovici Bavari, contra Fridericum Austrum  
 dux exercitus, cujus tumulo hi Germanici rythmi sunt super-  
 additi:

*Sie leit begraben Herz Seyfrid Schwepperman/  
 Alles Thuns und Wandels an*

*Ein Ritter feck und vest/  
 Der zu Gundersdorff im Streit that das Best.*

*Er ist nun tod/  
 Dem Gott genod. Obiit anno 1337.*

*Jedem ein Ey/  
 Dem frommen Schwepperman zwey.*

Hæc postrema vox rythmica dicitur fuisse acclamatio mili-  
 tum, in gratiam ducis, cum exercitus in gravescente annonæ dif-  
 ficultate adeo premeretur, ut, præter paucula ova, nihil esset in  
 castris Ludovici reliquum. Germanicum epitaphium unâ cum  
 militari hoc epiphonemate sic latine à me redditum est:

*Hæc cubat, hæc dormit Dominus Sifridus in urna,*

*Schweppermannus, eques strenuus atq; celer.*

*Qui Gundersdorffi pugnabat fortiter, hostem*

*Et contra Austriacum fulminis instar erat.*

*Is nunc mortuus est: Divinæ clementiæ fortem*

*Servet & in cœli sublevet astra virum.*

*Orum cuiq; unum, duo Schweppermannus honestus*

*Dux babeat, cujus turba parata sumus.*

CELLA